Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Collectanea Wirtembergensia, lat.-dt. - Cod. Güntersthal 11

Rüttel, Andreas
Rüttel, Andreas

[Stuttgart u.a.], [1550-1575]

Epitaphia Mart. Lutheri a Phil. Mela. scriptum

urn:nbn:de:bsz:31-162504

Visual Library

Epitaphium Mart. Lutheri
à Phil. Mela. scriptum.

Anno Dni. MDXVII. Reverendus vir Martinus Lutherus theologiae D. et lector in Academia Witebergensi edidit propositiones de indulgentiis, quib. taxavit impios mores papae et monachorum et ostendit veram doctrinam Evangelij de conversione hominis et de iustificatione. Cumque adversarij papa et monachi saevire sunt et adhuc pugnandarionib. Postquam vero diu feliciter et constanter Ecclesiam dei Doctor Mart. Luth. docuit, placide et pie decessit ex hac mortali vita in oppido Isleben A°. MD XLVI. die Febr. XVIII.

Est perfecta nimium Christi monstrante Luthero
 Gratia, quae tenebris ante sepulta fuit.
Utque Agnum in media Baptista ostendit Eremo
 Qui pia pro populi victima labe foret
Sic quoque monstravit te maxime Christe Lutherus
 Cum totus tenebris obrutus orbis erat
Grata deo tanto sit pro doctore Germania
 Aetas quae Christi dogmata vera sciat
Atque orare precib. Deus hanc quisque perennis orbi
 Lucem Evangelij servet ut ipse suis.

24

Ad Imaginem
Phil. Mela.

Sicut apis varios sugens e flore liquores
Subtili pressum nectare fingit opus:
Sic selecta etiam tibi multis argute Melanthon
Et variis gignis scripta referta bonis
Haec apis officij memor in cote laborans
Esse Deo gratum quod facit ista cupit
Ledit dogmatibus fucatis pectore fuci
Haec Apis est ipso Vindice tuta Deo.